MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV)
Klosterneuburg, Anfang 14. Jh. Seite 319r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dotum uirorum in isto
idest in lazaro suscita
to liuore non exarsit si
non et pylatus hec eadem
sua relatione signauerit.
Abiathar dixit. Dixi
iam fuisse et alios qui
ista facientes seruos
se esse domini memorauerunt.
Nam iste deum se esse asse
ruit. Sanctus Siluester
episcopus dixit. Meminisse de
bes et aaron et mariam
contra moysen superbien
tes lepre plaga fuisse
percussos. Abiathar dixit.
Ita est. Siluester dixit. Et
hoc ad animum reuoca.
dathan et chore et abyron
uiuentes a terra propter
superbiam deuoratos. Abia
thar dixit. Ita est. Siluester
dixit. In hoc preterire te pa
tiar quod saul xpc effectus
per superbie spiritum demonio
sit mancipatus. Dixitque ab
iathar. Ita est. Sanctus
Siluester dixit. Si ita est immo
quia ita est. uideant iu
dices utrum nam iste est
qui cecis uisum reddidit.
surdis auditum. demonia
eiecit. super maria siccis
pedibus ambulauit. et tem
pestates tranquillauit.
suscitauit mortuos. si
mentiri potuit se deum di
ci. quod erat. Cum itaque
deus iste hebreorum nunquam
passus est superbientes ab
sque plaga aliqua acerrime
preterire. Hunc ergo dicentem
se esse deum uirtutum. effi
catia comitabatur. Ze
nophilus illustris et cra
ton dixerunt. Constat abia
thar a siluestro superatum.
si constiterit hebreorum deum
semper superbientibus restitis
se. Sed ipsa ratio euidenti
documento suppeditat. Iste
si deus non esset et deum se di

Aphilosophus